

# CHARTULARIUM

## SAVINIACENSE.

---

IN CHRISTI NOMINE,

INCIPIIT LIBER CARTARUM QUEM DOMNUS ABBAS PONTIUS COMIONI FECIT<sup>1</sup>.

INCIPIIT PROLOGUS<sup>2</sup>.

Sapiniacense cœnobium olim longe ab antiquis patribus instructum<sup>3</sup> diu multumque claruit, donec Hunorum<sup>4</sup> bestiali feritate, divino et oculto<sup>5</sup> permitente iudicio, desolatum fuit, monachis qui inibi habitabant<sup>6</sup> effugatis atque occisis. Deinde cum reædificari<sup>7</sup> destructa cœpissent, multi nobilium atque fidelium Dei rerum suarum largitione locum ipsum ditaverunt, et dona sua scriptis firmaverunt. Quæ videlicet longa vetustate attrita cum venerabilis ac nobilissimus abbas Pontius considerasset, jam pene ipsa vetustate partim absumi, partim scindi, partim obliterari, provida sollicitudine prævidens, ne ipsa vetustas venturæ generationi atque ecclesiæ suæ obesset in damnum, præsertim cum his diebus pronus sit mundus et hi qui

<sup>1</sup> Titulus iste desideratur in P. qui a duobus prioribus prologi verbis (*Sapiniacense cœnobium*), grandibus ornatis implicatisque litteris (quibus altitudo fere est ad duas uncias), ichnographiæ Saviniacensis abbatiæ xvii<sup>o</sup> sæculo crasse et illepide delineatæ subscriptis, initia repetit.

<sup>2</sup> Legitur hic prologus in *Gallia christiana*, t. IV, instr. col. 14.

<sup>3</sup> Deest *instructum* in B. Mailliardi ms.

<sup>4</sup> L. et M. hic et infra *Hunorum*.

<sup>5</sup> M. et BM. *oculto*.

<sup>6</sup> G. Ch. et M. *ibi inhabitabant*.

<sup>7</sup> BM. *reedificari*. — M. *reedificari*.

in eo sunt ad malum omni tempore, voluit renovare scripta, et in unum corpus comprehendere quicquid pene absumptum, scissum et oblitteratum fuerat. Ex præcepto igitur supradicti abbatis, memoratum opus non sine quodam magno labore assumentes, antiquarum cartularum scripta, ut potuimus, revoluimus, et eorum abbatum ordinem, quos ante Hunorum tempora huic loco præfuisse comperimus, ordinate disposuimus; necnon et eorum qui post Hunorum tempora, juxta majorum relationem et fidem temporum huic loco præfuerant, pro viribus nostris ordinavimus. Præ vetustate quidem temporum, ante memoratæ perfidæ gentis incursionem, nonnisi tantum undecim abbates invenimus, quorum nomina hæc sunt: Adalbertus, Anasteus, Segefridus, Arnulfus, Ingeraldus, Asterius, Justus, David, Christophorus<sup>1</sup>, Adalbertus, Benedictus<sup>2</sup>. Porro a desolatione hujus ecclesiæ ad nostra usque tempora tredecim invenimus abbates, quorum quidam quidem usque ad vitæ suæ finem bene et commode ecclesiam sibi commissam rexerunt; quidam autem ante mortis ostium turpiter honore dejecti sunt, videlicet: Lento atque Durantus, qui proximi fuerunt abbati Dalmatio; domnus quoque Girbaudus, qui post abbatem Iterium secundum extitit, partim coactus, partim sponte sua, honorem abbatiae longe ante mortem suam amisit. Et horum igitur abbatum ordo talis est: Badinus, Gausmarus, Hugo, Durantus, Iterius, Lento, Durantus [II], Dalmatius, Vuido, Berardus, Iterius [II]<sup>3</sup>, Girbaudus, et hic qui nunc præest, domnus Pontius. Istorum etiam temporibus, acquisitiones, emptiones seu donationes ecclesiæ nostræ factæ per ordinem sunt distributæ. Cum ergo diligens lector aliqua eorum quæ in hoc continentur volumine voluerit inquirere, quid sub isto<sup>4</sup> et illo abbate sit actum, facile poterit invenire. Quæ videlicet abbatum tempora ideo seriatim discrevimus, ne generaret errorem scriptorum confusio, et ut aperiret utilitatem rerum facta divisio.

<sup>1</sup> C. et M. *Christoforus*.<sup>2</sup> Non in prologo legitur Stephanus. Vid. chart. 17.<sup>3</sup> Chartularium exhibet instrumentum Berardi inter Iterium II et Girbaudum.<sup>4</sup> C. *illo*.

## CHARTULARIUM SAVINIACENSE.

3

INCIPIT DE ABBATE ADALBERTO<sup>1</sup>.

## I.

## PRESTARIA VUANDALBERTI.

Dominis fratribus Vuandalberto et uxori suæ Hondradanæ petitionibus, Ego, in Dei nomine, Adalbertus, humilis abbas, et cuncta congregatio Sancti Martini Saviniacensis monasterii. Dum non habetur incognitum qualiter ad nos fuit vestra<sup>2</sup> petitio, et nostra pariter decrevit voluntas, ut illas res quas vos pro eleemosina ad nostrum monasterium condonastis, nos vobis beneficiare deberemus, quod ita a die presenti fecimus. Et sunt res ipsæ sitæ in pago Lugdunensi, in agro Bessenacense, in valle quæ dicitur Bevronica: est locus unus in fine de Noallico<sup>3</sup>, villa quæ vocatur de Charpenello, et terminatur ipse curtillus, cum casa indominicata, simul cum vinea et prato vel salzeto, et terminatur a mane gutula percurrente, a medio die similiter, a sero molare et terram Vuandalbert cum hæredibus suis, a cercio gutula. Infra istos fines totum ad integrum nos vobis benefacimus, et infantes vestros; similiter benefacimus vobis alia vinea in ipsa villa Noalliaco<sup>4</sup>, quam Vuinifus<sup>5</sup> presbiter per cartam tradidit, vel quicquid ibidem acquisivit<sup>6</sup>, et vos ex ipsius conquestione conquirere potueritis, sub integritate vobis concedimus. Benefacimus vobis de alia vinea quæ est in ipso pago vel agro jam dicto, et in ipsa villa quæ dicitur Bisboch, quam de Eurigerio et uxore sua domna<sup>7</sup> Fridana conquestistis et nobis donastis; et terminat a mane semiterium vicinabile, et terra Rodradi, et terra Anondrani<sup>8</sup> cum infantibus suis, a medio die terra de dicta<sup>9</sup> hereditate, a sero similiter, a cercio via publica; et simul in giro bodinas positas. Infra istos confines<sup>10</sup> vobis

6 Maii 889<sup>3</sup><sup>1</sup> M. *Alberto*.<sup>2</sup> C. *vestra fuit*.<sup>3</sup> BM. *Noalliaco*. — C. et M. *Noallico*.<sup>4</sup> C. et M. *Noalliacho*.<sup>5</sup> L. *Winlifus*. — C. et M. *Vuinifus*.<sup>6</sup> C. et M. *conquisivit*.Vox *domna* deficit in C. L. et M.<sup>8</sup> C. *Avondrani*. — M. *Avomdrani*.<sup>9</sup> C. et M. *ipsa*.<sup>10</sup> C. et M. *fines*.

benefacimus. Est vero alius campus quem de Martino et uxore sua Gerbergana<sup>1</sup> conquisistis, in ipsa villa, quæ terminat a mane terra ipsius Vuandalberti et heredum suorum, et terra ipsius Sancti Martini a medio die, a sero et a cercio similiter; infra istos fines et terminations totum ad integrum benefacimus vos et infantes vestros. Pro eo vero quod res vestras ad nostrum monasterium condonastis, similiter benefacimus nos vobis de aliis rebus in ipsa villa jam dicta quicquid Rathfredus et uxor sua Drothildis<sup>2</sup> ad nostrum monasterium condonaverunt, ut habeatis per hanc prestariam et per nostrum beneficium, vos et infantes vestri, omnibus diebus vitæ vestræ, ad habendum, tenendum et fruendum, et in melius convertendum, ea videlicet ratione ut annis singulis ad missam sancti Andreae apostoli solidum unum ad nostrum monasterium condonare faciatis; aliud reliquum, usum et fructum habeatis per hanc prestariam, vos et infantes vestri, omnibus diebus vitæ vestræ. Si quis vero, quod fieri minime credimus, si nos ipsi, aut ulla persona emissa, et ullus de successoribus nostris qui contra hanc prestariam in vos factam aliquid removeere aut calumniari et infringere voluerit, non valeat vindicare quod repetit, sed recipiat unusquisque nostrum hoc quod ante istam prestariam factam erat, et tunc faciant exinde quicquid ab hac die et agere et ordinare voluerint, tamen vero dummodo perduraverit, tunc adimpleatis hoc quod superius dixit<sup>3</sup>. Quod si negligentes extiteritis de ipso solido jam dicto ad ipsum terminum persolvendo, aut ipsas res invadere et imminuere dimiseritis, tunc sitis culpabiles, et impleturi ipsius ecclesiæ tantum et aliud tantum quantum ipsæ res eo tempore melioratæ valuerint, et insuper ipsas amittatis res superscriptas rasa una. S. Adalberti, humilis abbatis, qui hanc prestariam fecit. S. Rostanni monachi. S. Ardoini monachi. S. Leodegarii monachi. S. Beraldi<sup>4</sup> monachi. S. Emmonis monachi. S. Anastei monachi. S. Beroldi monachi. S. Dudini monachi. Ego Ursinus monachus hanc

<sup>1</sup> C. et M. *Girbergana*.<sup>2</sup> C. et M. *Drottildis*.<sup>3</sup> C. et M. *dicit*.<sup>4</sup> C. et M. *Beroldi*.

## CHARTULARIUM SAVINIACENSE.

5

prestariam scripsi. Data die sexta Martis, in mense Maio, anno III<sup>o</sup> [regnante domno nostro Carolo imperatore]<sup>1</sup> post obitum Caroli Magni regis<sup>2</sup>.

## DE ANASTEO ABBATE.

2.

## PRESTARIA DE GRISINIAGO.

Dominis fratribus Constantio et uxori suæ Arlavergi<sup>3</sup>, Theodrado et Ulloni<sup>4</sup> petitoribus, Ego, in Dei nomine, Anasteus abbas, et cuncta congregatio Sancti Martini Saviniacensis monasterii. Dum non habetur incognitum qualiter vestra ad nos fuit petitio, et nostra decrevit voluntas, ut de illis rebus quas vos et genitores vestri ad nostrum monasterium in elemosina condonastis, vobis benefacere debemus, quod ita et fecimus: hoc sunt curtilli cum mansis, vinea et campis et pratis; sunt sitæ istæ<sup>5</sup> res in pago Lugdunensi, in agro Saviniacensi, in villa quæ dicitur Grisiniacus, et terminant ipsæ res a mane terra Sancti Stephani, a medio die terra Sancti Justi et Sancti Martini, a sero gutula percurrente quæ ad estum siccatur, a cercio Justonis terra et Sancti Martini. Infrâ istas terminationes totum ad integrum vobis benefacimus. Pro eo vero quod vestras res ad nostrum monasterium condonastis, benefacimus etiam vobis de aliis rebus ex rebus ipsæ ecclesiæ: hoc sunt sextarias<sup>6</sup> sex de terra arabili, et sunt

Oct. 883.

<sup>1</sup> In codice C. uncis inclusa lituræ deleverunt.

<sup>2</sup> In hac phrasi maxime obscura, imperii annum Caroli Magni quartum indicationem esse putat Mailliardus (804); sed *Gallie christianæ* auctores melius vident quartum annum indicationem regni Caroli Grossi, qui proclamatus est anno 884 rex Gallie, post Carlomani mortem Cujus nomen, quod haud secus ac Caroli Magni pene sonat, in errorem sine dubio

induxerit Mailliardum, simul atque Pontii abbatis chartularii scriptorem. Non enim rex, sed imperator denominatus est; Adalbertus igitur neque in capite seriei Saviniacensium abbatum, neque in prologo chartularii remanere debet. Vide abbatiæ notitiam in præfatione.

<sup>3</sup> BM. et M. *Alarvergi*.—G. Ch. *Alavergæ*.

<sup>4</sup> M. *Theodrato et Ullom*.

<sup>5</sup> C. et M. *ipsæ*.

<sup>6</sup> C. et M. *sextariatas*.

sitæ in jam dicto pago vel in ipso agro, sive in ipsa villa aut in congruo loco; ea videlicet ratione ut annis singulis, de fructu quem Dominus ibi dederit, reddatis nonas, et ad festivitatem sancti Martini denaratas<sup>1</sup> duas de cera in censum<sup>2</sup> persolvatis; alium vero reliquum, usum et fructum habeatis per hanc prestariam et per nostrum beneficium, omnibus diebus vitæ vestræ, vos et infantes vestri et filii eorum, et post vestrum discessum ipsæ res ad nostrum monasterium revertantur. Ego, in Dei nomine, Anasteus, humilis abbas, hanc prestariam fieri volui. S. Ingeraldi monachi. S. Emmonis monachi. S. Leodegarii monachi. S. Beroldi monachi. S. Hilderici monachi. Ego in Dei nomine Blitgarius<sup>3</sup> monachus hanc prestariam scripsi. Data die Martis, in mense Octobri, anno sexto post obitum Caroli imperatoris.

## DE SEGEFRIDO ABBATE.

## 3.

## PRESTARIA DE CLIVIACO.

9 Mart. 889<sup>3</sup>

Domino fratri Iterio petitori, Ego, in Dei nomine, Segefridus abbas, et cuncta congregatio Sancti Martini. Dum non habetur incognitum qualiter ad nos fuit tua petitio<sup>4</sup>, et nostra pariter decrevit voluntas, ut res quas tu ad nostrum monasterium condonasti tibi benefaceremus, quod et fecimus. Est autem mansus cum vinea, pratis et silvis, in pago Lugdunensi, in agro Tarnatensi<sup>5</sup>, in villa quæ dicitur Vallis; et in alio loco qui dicitur Villa, curtilum cum vinea et manso; et in alio loco, in villa quæ dicitur Tolon, quicquid ad nostrum monasterium condonasti. Pro eo vero quod tu istas res nobis condonasti, benefacimus tibi de rebus Sancti Martini quicquid infra fines de Cliviaco est, ibique aspicere videtur; et in alio loco infra fines de Montels<sup>6</sup>, quicquid ibi visi sumus habere tibi benefacimus, et filio tuo qui primus

<sup>1</sup> C. et M. *deneratas*.<sup>2</sup> C. *incensum*.<sup>3</sup> C. *Blihgarius*.<sup>4</sup> C. *tua ad nos fuit petitio*.<sup>5</sup> M. *Tarnatacensi*.<sup>6</sup> M. *Montelet*.

## CHARTULARIUM SAVINIACENSE.

7

tibi natus fuerit de matrimonio; eo scilicet tenore ut annis singulis, de fructu quem Dominus supra dederit, nonas ad nostrum monasterium condonare facias, et pro ipsis mansis in festivitate sancti Martini solidos duos persolvas. Et si de eodem censu tardus aut negligens apparueris<sup>1</sup>, et ipsas res minuere aut alienare presumpseris, sis culpabilis, et insuper ipsas res amittas. Et ut hæc prestaria firmitatem obtineat, manu nostra et fratrum nostrorum manibus roborandam statuimus. S. Segefridus, humilis abbas. S. David monachi. S. Leodegarii monachi. Ego Egil monachus, rogatus, scripsi. Data III die Jovis<sup>2</sup>, in mense Martio, anno XII<sup>o</sup> post obitum Caroli imperatoris.

## 4.

## ITEM DE CLIVIACO

In Dei nomine, placuit atque convenit inter venerabilem Segefridum, abbatem Saviniacensis cenobii, et quemlibet virum Iterium, ut quasdam res inter se in congruis locis commutare deberent, quod et fecerunt. Donat itaque Segefridus et cuncta congregatio Sancti Martini partibus Iterii in Cliviaco villa campum cum manso, qui terminatur a mane via publica et terra Sancti Martini, a medio die et a sero et a cercio viis publicis et terra Sancti Martini. Infra istas terminationes totum et ad integrum quicquid ibi visi sumus habere tibi commitimus. Pro hac commutatione donat jam dictus Iterius partibus Segefridi abbatis eique subjectæ congregationi in Tolon villa vineam cum manso et vercariam, quæ terminatur a mane guttula quæ ad estum siccatur, a medio die terra Sancti Martini et terra Ratberti; a sero via publica, a cercio terra Sancti Martini et terra Ratberti, et in ipsa villa, in alio loco, vercariam cum manso, quæ terminatur a mane guttula quæ ad estum siccatur, a medio die terra Sancti Martini et Ratberti, a sero et a cercio viis publicis; et in ipsa villa, in alio loco, vercariam cum mansis duobus, qui terminantur a mane et medio die via publica, a sero terra

Mart. 889?

<sup>1</sup> Codex C. scripserat primum *fueris*.<sup>2</sup> Dies mensisque hic adscripti concor-

dare nequeunt anno 889, cujus dies Martis tertius fuit Lunæ dies.

Iterii et suorum heredum et bodinas positas, a cercio Turdina aqua volvente. Infra istas terminationes totum et ad integrum quicquid in jam dictis terminationibus visus est habere supradictus Iterius, partibus Segefridi abbatis eique subjectæ congregationi commutat. Donat etiam infra fines de Furcis unum pratum, quod terminatur a mane et a cercio in fine de Trevennaco. Hæc omnia supra nominata jam dictus Segefridus abbas eique subjecta congregatio, et ab altera parte Iterius pariter inter se commutant, eo tenore ut quod unus accipit ab altero teneat absque ulla interpellatione. Et ut hæc commutatio firmitatem obtineat, manu nostra subterfirmare decrevimus. S. Segefridi abbatis. S. Vualdrici monachi. S. Ingeraldi monachi. Ego Egil monachus scripsi. Data tertia<sup>1</sup> die Jovis<sup>2</sup>, in mense Martio, anno XII<sup>o</sup> post obitum Caroli imperatoris.

DE ARNULPHO<sup>3</sup> ABBATE.

## 5.

## CARTA DE ALTA RIVORIA.

Jun. 918.

Sacrosanctæ ac venerabili ecclesiæ Sancti Martini Saviniacensis monasterii, quæ est constructa in pago Lugdunensi, super rivulum qui dicitur Bevrionicus, ubi Arnulphus abbas, una cum congregatione sibi subjecta, Deo deservire videtur. Igitur ego, in Dei nomine, Landricus et uxor mea nomine Adalgardis, cogitavimus de Dei timore et de æterna retributione, ut pius et misericors Dominus sit nobis propitius de peccatis nostris, et de pœnis infernalibus animas nostras liberare dignetur. Propterea in ipso Dei timore et amore donamus ad ecclesiam Sancti Martini res proprias, hoc est ecclesiam unam cum presbiteratu, quæ est constructa in pago Lugdunensi, in agro Forensi, infra fines, in villa Alta Rivoria, in honore Dei et sanctæ Mariæ. Et sunt ipsæ res in edificiis, curtiferis, cum mansis, campis, pratis, molendino, exiis, et terminantur ipsæ res a mane fine de Buscicio villa, a

C. tertio. — <sup>2</sup> Ut supra in charta 4, n. 2. — <sup>3</sup> C. et M. hic et infra *Arnulfo*.

## CHARTULARIUM SAVINIACENSE.

9

medio die guttula, a sero et a cercio viis publicis. Infra istas terminationes totum et donamus in Brociaco vineas; et jam dictas res quæ ipsa carta loquitur totas pro animarum nostrarum remedio ad ipsam casam Dei et sancti Martini et ad suos rectores donamus habenda atque regenda. Sane si quis, si nos ipsi, aut<sup>1</sup> ullus homo est qui istam donationem contradicere voluerit, fisco auri libras quinque componat, et in antea donatio ista omnique tempore firma permaneat cum stipulatione<sup>2</sup> subnixa. S. Landrici et Adalgardis, qui istam donationem fieri jusserunt et firmari<sup>3</sup> rogaverunt. S. Rainoldi. S. Eldeodi. S. Aldraconis. S. Abonis. S. Constabuli. S. Godonis. S. Levolti. S. Theodfredi, qui donationem istam, rogatus, scripsit. Data die Mercurii, in mense Junio, anno XXVIII, regnante Ludovico imperatore.

## 6.

PRESTARIA DE ECCLESIA DE SANCTO JOANNE<sup>4</sup> DE EXARTOPETRO<sup>5</sup>.

Dominis fratribus Vuichardo et uxori suæ Vuandalmodi et filio suo Deodato petitoribus, Ego, in Dei nomine, Arnulphus<sup>6</sup>, humilis abbas, et cuncta congregatio Sancti Martini Saviniacensis monasterii. Dum non habetur incognitum qualiter vestra ad nos fuit petitio, et nostra pariter decrevit voluntas, ut de illis rebus quas vos ad nostrum monasterium condonastis, vobis benefacere deberemus; quod ita a die presenti fecimus: hoc sunt mansi quatuor, et sunt sibi ipsi mansi in pago Lugdunensi, in agro Forensi, in villis nuncupatis Esperolis, in Linaris, in Casellis<sup>7</sup>, sive Plana Serra. Propterea quicquid in jam dictis villis visi sumus habere, quæ vos ad nostrum monasterium condonastis, ad integrum vobis benefacimus. Propterea vero quod vos vestras res ad nostrum monasterium condonastis, benefacimus vobis etiam de aliis rebus ipsius ecclesiæ: hoc est ecclesia una quæ est in honore sancti Joannis, quæ est sita in Exartopetro<sup>8</sup>, cum manso, et curtilis, et ver-

Sept. 919

<sup>1</sup> C. et M. et.<sup>2</sup> C. stipulatione.<sup>3</sup> C. et M. firmare.<sup>4</sup> C. hic et infra *Johanne*.<sup>5</sup> BM. *Exarpetra*. — M. *Exarto Petri*.<sup>6</sup> C. *Arnulfus*.<sup>7</sup> BM. *Chaselles*.<sup>8</sup> C. et M. *Exartipetro*.

cariis, et campis, et pratis, et silvis, et terminantur jam dictæ res a mane via publica et pineto Sancti Martini, a medio die terra Sancti Martini quam Othbaldus possidet et fine de Puteis, a sero guttula quæ in estate siccatur, a cercio Cureria<sup>1</sup> aqua volvente et fine de Ladane<sup>2</sup>. Intra hos fines quicquid ad presbiteratum Sancti Johannis aspicit totum ad integrum [donamus]<sup>3</sup>. Est in alio loco capella una quæ est in honore sanctæ Mariæ, et est sita in loco qui dicitur Vetula Chaneva<sup>4</sup>, et quicquid ad ipsam capellam aspicit; et in alio loco capella una quæ est infra fines de Exartiniis, et est in honore sanctæ Mariæ, cum solum terræ; est alius mansus qui est in monte Cervario, cum campis, et pratis, et silvis, et quicquid ad ipsum mansum aspicit; sunt et aliæ res de presbiteratu Sancti Joannis: in Buliaco, vinea una; in Lagniaco similiter, ad illam vallem, campis cum arboribus; similiter benefacimus vobis de mansis duobus qui sunt siti in agro Forensi, in villis denominatis<sup>5</sup> Ladavalle sive Ladavaleth. Terminat ille mansus qui est in Ladavalle a mane terra Sancti Martini et in<sup>6</sup> fine de monte Elberti, a medio die guttula quæ in æstate siccatur et fine de Gerriis<sup>7</sup>, a sero terra Sancti Johannis et fine de Baniaco<sup>8</sup>, a cercio guttula quæ in æstate siccatur; a sero terra Sancti Johannis et fine de Banaciaco; a cercio guttula quæ in æstate siccatur, et fine de Gerriis; et aliæ res quæ sunt in Ladavaleth<sup>9</sup>, et terminant a mane terra Sancti Martini et molaro, a medio die Curreria<sup>10</sup> aqua volvente, a sero ipsa aqua, a cercio fine de Ladavalle. Inter hos fines et terminationes, quicquid supra dictum est totum ad integrum vobis benefacimus, ea scilicet ratione ut annis singulis, in festivitate sancti Martini, in censu, solidos decem persolvatis; alium vero reliquum usum et fructum habeatis per hanc prestatariam, et nostrum beneficium omnibus diebus vitæ vestræ. Post vestrum quoque decessum jam dictæ res absque tardatione ad nos-

<sup>1</sup> M. *Curreria*.<sup>2</sup> C. *Ladaveth*.<sup>3</sup> Deest *donamus*.<sup>4</sup> BM. *Veteris Canabe*.<sup>5</sup> C. et M. *villas denominatas*.<sup>6</sup> C. *a pro in*. — Nihil in M.<sup>7</sup> Voces in *fine de Gerriis* desunt in M.<sup>8</sup> L. *Baniaciaco*. — M. *Banaciaco*.<sup>9</sup> C. *Ladavalech terminant*.<sup>10</sup> C. *Curreria*.